



1748.

3

1698 13'

L. F. F. L. S.

GOTHOFREDI ANTONII, IC.
DISPUTATIO FEVDALIS III

De

REBVS QVAE IN
FEVDVM DENTVR.

Quam

Cum Corollariis ex Iure Publico,
ad ductum Institut. Per-Illustris Dn. de RHEZ
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
P R Æ S I D E

IO. SAMVELESTRYKIO
I.V.D. & Professore Publ. Ordinario,

D. III. Sept. A. O. R. MDCXCIIIX

Placidæ disquisitioni publicæ submittit

CHRISTIANVS OTTO MYLIVS,
Hall. Magd.

HALAE MAGDEBURGICAE,

TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC, TYP.



GOTHOTRNDI ANTONII
DIPLOMATIS FEVDALIS III

REBVS QVAE IN
FEVDVM PERTINENT

IN ACADEMIA FRIDERICIANA
AD AUCTORITATEM ET ILLUSTRE

IO. SAMV. RIESNERII
IV. D. & P. H. C. G. G. G.

CHRISTIANVS OTTO MYLIVS
HALL. MAG.

HAER. MAG. FR. G. G. G.
TYPIS CHRISTOPH. ANDREAE REITERI, AG. T. P.





COROLLARIA

Ex Institut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz

Lib. I. Tit. 4. §. 6.

1. **D**E iure adhuc Imperatori competit Ius sacrorum,
2. Non obest Maieftati Imp. quod coram Comite Palatino forum in causis ciuilibus fortiatur.
3. Imperatorem deponi posse vix solida quadam ratione demonstrari potest.
4. Vicarii iura sua vicariatus non tantum in casu vacantiae, sed & absentiae Imp., recte exercent.
5. In controuersia, quae ratione vicariatus, inter Electorem Bauariae & Palatinum, intercedit, non erimus iudices: licebit tamen, exercitii gratia, defendere partes Palatini.
6. Quicquid potest Imperator, id possunt Vicarii; exceptis iis quae habentur in *A. B. C. §. 1.*
7. Electores ab Ottone III. Imp. & Gregorio V. Pontifice expressa lege constitutos, communis quidem sententia est, sed vix fide digna. Verius est consuetudine invaluisse collegium Electorale.
8. Possunt Electores instituere comitia Electoralia absente etiam & inscio Imperatore.
9. Qui in Electoratu Brandenburgico ciuitatem Custrinum, pro ciuitate Electorali cum Goldasto venditant, illi non leuiter errant. Nec enim Neomarchia pars Electoratus Brandenburgici qua talis dici potest.

12. Rex

10. Legati Electorum comparantur Legatis Regū,
& Principibus in persona præferuntur, etiam, extra co-
mitia, in aliis conuentibus.

11. Electores Imperatorem de Comitibus habendis
monere possunt, & Imperator comitia denegare nequit.

12. Rex Bohemæ ad Conuentus Electorales non
vocatur, imo ne quidem ad conuentus præliminares, qui
in diæta Electionis habentur, admittitur.

13. Electores indistincte habent priuilegium de non
appellando.

14. Solis Electoribus ius præscribendi capitulatio-
nem competit.

15. Subditi Electorum habent ius de non euocando.


16. Imperator solos Electores in Comitibus præsentem
in persona visitare tenetur.

17. In expectantiis, super feudis maioribus conceden-
dis, Electorum tantummodo consensum Imperator ad-
hibere tenetur.

18. Contra Electores crimen læsæ Maiestatis com-
mittunt ciues Imperii, etiam si non sint Electoris subditi;
in alios vero Principes hoc crimen non committitur.

19. Electores Brandenburgici possunt pro lubitu no-
ua erigere vectigalia.

20. Habent Electores ius cudendi monetam Impe-
rialem, non autem reliqui Status, nisi hoc iis per modum
Priuilegii concessum.



DISPUTATIO FEVDALIS III.
DE REBUS, QVAE IN FEVDVM
DENTVR.

THESIS PRIMA.

CONSTITUITUR feudum in rebus immobilibus a commercio non exemptis, nec alienari prohibitis b.

a) c. 1. §. sciendum, fin. de Feud. cognit. vbi gl. Beluif. Ifern. Aluarot. Laudens. Afflict. Bald. & Dd. commun. Wesenb. c. 6. Feud. Borch. c. 6. Feud. numer. 2. Schrad. part. 3. de Feud. c. 2. num. 1. Vult. lib. 1. de F. cap. 5. num. 3. Rosenth. c. 4. concl. 1. [Struv. c. 2. th. 3. n. 5. & c. 6. §. 1. Casp. Bitsch. in comment. ad c. sciendum. 2. F. 1.]

b) Ex naturæ igitur, legis, vel hominis dispositione non sint in commercio perinde est, Borch. d. c. 6. n. 10. Schrad. d. p. 3. c. 1. n. 1. & 2. Vult. d. c. 5. num. 2. §. præterea, & §. ex dispositione, Rosenth. d. c. 4. conclus. 9. in princ. In hoc numero cum sint res sacræ, idem de iis vt pronunciemus, iuris veritate compellimur, Borch. d. c. 6. num. 4. cum præsertim neminem id ignorare scribat Zas. p. 4. in prin. per text. in §. sed etiam res, iunct. §. Nulius, & seq. Inst. de Rer. diuis. ad quem Dd. hoc vno ore omnes, quibus adde Schrad. d. p. 3. c. 1. n. 1. Vult. d. c. 5. n. 11. Rosenth. d. c. 4. concl. 13. quamvis cum vniuersitate transire, scilicet, in consequentiam, non per se, haud earum inficias, arg. c. ex literis, extr. de iur. patron. l. quadam. 62. ff. de acquir. rer. domin. l. æde sacra, l. hanc legem, l. pacta conuenta, 72. in fin. ff. de contrah. emt. l. quoties, C. de iud. l. si quis, si cert. petat. Borch. d. c. 6. num. 9. Schrad. p. 4. F. c. 2. n. 6. Rosenth. d. c. 4. concl. 13. & passim, ll. & Legulei. [Rutg. Ruland. de commissar. l. 3. l. 2. c. 17. m. 2. n. 20. & 21.] Necessitatem quoque publicam earum alienationem impetrare posse, vt asseuerem, impetrant a me textus & authoritates in specie §. sacræ res 8 Inst. de rer. diuis. l. sancimus, C. de SSis Eccles. Nouell. 131. vbi Imp. εὐσεβὲς ἕγγυον appellat [Nou. 46. & 54. c. 2. Nou. 65. Nou. 67. c. 4. & Nou. 120. c. 6. §. 2. & c. 10. c. 2. conf. 10. qu. 2. c. 52. conf. 12. qu. 2.] confer Donell. 4. comment. iur. Ciuil. c. 1. Borch. d. c. 6. num. 4. sed ne quis in sacris rebus errore inuoluatur illustrandis, iis erit distinctio inter res sacræ & Ecclesiasticas, seu patrimoniales Ecclesiæ, Don. d. l. Wesenb. c. 7. feud. n. 5. Duar. c. 5. feud. Borch. d. c. 6. n. 18. Vult. d. c. 5. Rosenth. concl. 15. n. 2. d. c. 4. & publica quoque in earum,

rum, quæ commerciis non subiacent, rerum ordine reponimus. Terminò vero ambiguo, distinctione ex iure Ciuili huc euocanda opus fuerit. Res igitur publicæ omnium communes; & res publicæ iure Ciuili communes differunt, vide Donell. *d. l.*

II.

Tam Ecclesiasticis *a* (modo adhibeantur solennitates in rerum Ecclesiasticarum alienationibus necessariae *b*, aut res sit in feudum concedi solita *c*, & bonis Ecclesiæ nondum rursus incorporata *d*,) quam secularibus *e*.

a) *C. ad nostrum, de reb. Eccles. non alien. & c. 1. de his qui feud. dar. poss. & c. 1. Episc. vel Abbat. c. vn. de inuest. vet. & nou. Curt. Iun. p. 2. de feud. Laic. q. 4. n. 8. Borch. d. c. 6. n. 18. Duar. c. 5. F. n. 4. Schr. p. 4. c. 2. n. 1. Vult. d. c. 5. n. 13. §. res autem Ecclesiasticas.*

b) *C. 1. in pr. per quos fiat inuest. c. nulli, §. ext. de reb. Eccles. non alien. Roland. a Vall. conf. 1. n. 82. lib. 1. Schrad. d. p. 4. Feud. c. 2. n. 12. Vult. d. c. 5. lib. 1. n. 14. §. verum enim vero [Hoc est præcedat causæ cognitio, sequatur superioris consensus, & decretum Nov. 120. c. 6. §. 2. Nov. 67. c. 4. Barbas. de Iure Eccles. l. 3. c. 30. add. Redoanus Tract. de reb. ecclesie non alien. Tituli tamen siue bona ad sustentationem clericorum destinata, non possunt in feudum dari i. F. 5. pr.] Idque in rebus infeudari insolitis vsu venit, text. est in c. 1. & ibi' Aluar. n. 9. Iaf. n. 6. de his qui feud. dar. poss. Zas. p. 5. n. 4. Rosent. c. 4. concl. 18. n. 1. Vult. d. loc. Res igitur antea in feudum concessa quoquo modo ad Ecclesiam reuersa fuerit, absque solennitatibus reinfeudari poterit, c. 1. in princ. & ib. Dd. de his qui feud. dar. poss. c. 2. extr. de Feud. Curt. in tract. Feud. 1. p. 2. part. princ. q. 1. Rolan. a Vall. conf. 1. n. 82. & 83. lib. 1. Socin. Iun. conf. 56. n. 3. lib. 2. Duar. c. 5. n. 6. Rosent. d. c. 4. concl. 21. & 24. Schrad. d. p. 4. c. 2. num. 16. etiam sine consensu capituli, Duaren. c. 6. n. 4. & Dd. commun. quos allegant. Vult. d. c. 5. num. 14. Rosenth. d. concl. 21. [Gail. l. 2. obs. ult. Struv. c. 5. th. 9.] nisi pacto vel iureiurando aliud promissum, Borch. d. c. 6. F. num. 20. Rosenth. d. c. 4. concl. 22. n. 3. vel res sit communis prælato & Ecclesiæ, Bald. Præpos. & Iaf. in c. vnic. in pr. de his qui feu. dar. poss. quos citat Schrad. d. p. 4. c. 2. n. 14. Rosen: c. 4. concl. 21. n. 2. Euenit etiam, vt res infeudari solita, quandoque non habeatur pro infeudari solita; Puta: statu Ecclesiæ, vel conditione rei, in feudum datæ, mutata, per c. 2. vers. si videris expedire, de feud, Schrad. d. p. 4. c. 3. Vult. citat. loc. num. 14. vers. caterum. Rosenth. concl. 35. c. 4. [veluti si Ecclesia*

fia

lia depauperata. Quo casu res illa non iterum in feudum danda sed Ecclesie reseruanda Rittershus. l. 1. c. 5. q. 12. Bocer. de inuestitur. feud. c. 3. n. 55. Ludwel. p. 104.] Aut re sub excolendi conditione in feudum data ad eam reuerfa, Zas. in tract. feud. p. 5. n. 59. Schrad. d. p. 4. c. 2. num. 20. Quamuis autem prælati propter hunc finem non possit rem illam reinfeudare, poterit tamen propter alium, cum prior non sit adæquatus: idque sine solennitatibus, modo expediat Ecclesie, Rosenth. d. conclus. 35.

c) Omnia igitur bona Ecclesiastica in feudum dari posse dicimus: modo adhibeantur solennitates in rerum Ecclesiasticarum alienationibus necessariae, & infeudandi consuetudinem prælati antiquitus habeant, §. 1. de his qui feud. pr. tit. Episc. vel Abbat. item tit. de inuest. vet. & nou. benef. ubi, ut euitetur πολυζήτησις, accurate distinguendæ sunt illæ quæstiones: An habeat prælatus infeudandi consuetudinem? & an res infeudari sit solita? eleganter Vult. d. c. 5. num. 14. §. verum enim vero. Diss. Dd. communiter, quos allegat & sequitur Rosenth. d. c. 4. concl. 15. sub. lit. c. Illa etenim est generalior, & complectitur ius vna atque altera infeudatione quæsitum, §. 1. de his qui feud. tit. de inuest. vet. & nou. benef. Rosenth. d. c. 4. conclus. 31. Hæc vero specialior, ad certum aliquod subiectum ac rem adstricta, c. 2. de feud. Hic porro duo occurrunt, quot actus ad eiusmodi introducendam consuetudinem requirantur, & quot anni? Vbi ingentes sunt opinionum fluctus, qui ad nubes vsque exæstuant (vtar verbis Rosenth. d. c. 4. concl. 29.) Nos tamen, cum in iure definitum non sit, arbitrio iudicis illud cum Menoch. de arbitrar. iud. c. 81. n. 5. committimus. Diss. Rosenth. d. c. 4. concl. 29. ad lit. g. in fin. hoc vero quadraginta annis definimus, c. 5. de præb. libr. 6. c. de quarta. de præser. Zas. p. 6. num. 31. citante Fachin. 7. contr. iur. 67. [Videtur ita dicendum: rem infeudari solitam dici eam quæ semel seruatis solennitatibus in feudum concessa, licet nulla interuenerit præscriptio, si vero res primitus neglectis solennitatibus in feudum concessa, immemoriali tempore opus; si dubitetur an legitimo modo in feudum data 40 annis opus. Schrad. p. 4. c. 3. n. 25. seqq. Ipsam autem consuetudinem infeudandi a prælato nullo tempore præscribi posse, ob perpetuam malam fidem existimo cum Ludwel. c. 5. p. 103.] Neque urbani pontificis prohibitio, & constitutiones feudales, hanc consuetudinis introductionem sustulerunt, c. 1. vers. de nouo, vers. a prælatis, de inuest. vet. & nou. benef. c. 1. in pr. Episc. vel Abbat. c. quamuis, c. prohibemus, de decim. Duar. c. 5. n. 4. Vult. d. c. 5. n. 14. §. enim vero. & frustra & insipide solliciti essent de qualitatibus, si ipsum ens negarent; apposite ac presse Rosenth. d. c. 4. conclus. 50. sub. lit. l. Et quidem

in rebus ad Ecclesiam reuersis, ne interpositum quidem a praelato iuramentum earum reinfeudationem prohibere dixerimus, Schrad. *de feud. p. 4. c. 2. num. 18.* qua in re caute tamen procedendum, recte monet Rosenth. *d. c. 4. concl. 22.* Decimas quoque ante concilium Lateranense datas, ad Ecclesiam reuersas, recte infeudari posse etiam sine solennitatibus vulgatissima est sententia, Borch. *d. c. 6. num. 19.* Vult. *d. c. 5. n. 13.* Rosent. *d. c. 4. concl. 27. num. 1. & 2.* Et quamuis in laicos eas nullatenus transferri posse, opinentur Hostiens, Ioann. Andr. Abb. *num. 4. & alii in c. prohibemus, de decim.* Curt. Iun. *q. 4. num. 87.* Zas. *p. 9. num. 17.* nos tamen illud ita generaliter non admittimus, Rosenth. *d. c. 4. conclus. 28. num. 4. vbi plures.* Sed quid? Extraneusne saltem haic beneficio idoneus, an etiam consanguineus? Vterque, *c. ex parte, 2. & ibi Canonist. communit. extr. de feud.* Schrad. *p. 4. f. c. 2. num. 18.* Rosenth. *d. c. 4. conclus. 23.* [Mynsing. *C. 5. obs. 47.* Christin. *Vol. 6. Dec. 2. n. 14. seqq.* Redoanus *de Reb. Eccles. non alien. qu. 54.* Ludwel. *c. 5. p. 101. seq.* vbi ad obstantem *Nov. 120. c. 5.* respondet.] De hoc tamen maiore cautione opus est, ne sanguinis instigatione sit suspectus, Ecclesiae grauis, aut persona parum ad seruitia praestanda apta, Rosenth. *d. loc. sub lit. a.* Vult. *d. c. 5. num. 14.* De Regaliis quoque infeudari solitis non sentimus diuersum, sed Ecclesiae aperta iterum in feudum concedi posse, non adhibitis solennitatibus, pronunciamus, gloss. *in c. 1. de his qui feud. dar. poss. vbi Beluis.* Nicol. de Neap. Aluar. *num. 10. quos vide apud Rosenth. d. c. 4. concl. 25. num. 1.*

d) Ratio: Quia res semel incorporata non dicitur amplius infeudari solita, Aluar. Praepos. & al. *in c. vnic. num. 13. Epis. vel Abbat.* Borch. *d. c. 6. n. 27.* Schrad. *d. p. 4. c. 2. n. 24.* Vult. *d. c. 5. n. 14. vers. accidit vero.* Rosent. *d. c. 4. conclus. 33.* Ergo non nisi obseruatis solennitatibus in feudum dari iterum poterit, Borch. *d. loc. Obrecht. disp. feud. 5. c. 3. th. 88.* Incorporatio autem vel fit expresse, vel tacite, Schrad. *d. p. 4. c. 24. in fin.* Menoch. *lib. 6. praesumpt. 87. num. 1.* Expresse fit, si praelatus expresse declarauerit, se velle illa bona mensae applicata, Bartol. *in l. si vacantia, num. 9. C. de bon. vacant.* Schrad. *d. p. 4. c. 2. num. 24.* Rosenth. *d. c. 4. conclus. 34.* vel si sciente praelato relata sint in libros, & regesta Ecclesiae huic negotio destinata. Bart. *in d. l. si vacantia, num. 9. per istum textum.* Borch. *d. c. 6. num. 29.* Schrad. *d. p. 4. c. 2. n. 24.* Menoch. *cons. 19. n. 14. lib. 1.* Rosenth. *d. concl. 34.* [Ludwel. *p. 105.* vbi plures citat.] Tacita est, quando praelatus ex re aliqua Ecclesiae aperta fructus percepit: sed hic magnus est circa tempus conflictus Dd. quibusdam anni tantum tempus exigentibus: aliis decennii cursum desiderantibus:

tibus:

tibus: aliis triginta vel quadraginta annorum spacium requirentibus: Aliis denique arbitrio iudicis id relinquentibus: quos omnes allegat Rosenth. *d. concl.* Nos hanc postremam opinionem amplectimur. Quibus ita discussis, & hoc in loco sciscitari libet: An in prælati arbitrio sit repositum, rem reuersam incorporare Ecclesiæ bonis, vel de nouo alii in feudum concedere? Vbi quidem affirmantium sententiam, vt puta veritati vicinioram amplecti placet, *tex. est in c. 1. de feud. Zas. conf. 8. num. 44. vol. 2. Vult. d. c. 5. n. 14.* [Bocer. *de inuestit. feud. c. 3. n. 55. in fin. Struv. c. 5. th. 9. n. 4.*] Cæterum idem notissima Germaniæ consuetudine receptum esse testatur Borch. *d. c. 6. num. 26.* quamuis honestius esse, vt reuersa reinfeudetur, cum eodem minime diffiteamur, *conf. omnino Rosenth. d. c. 4. concl. 30. n. 7. Vult. d. n. 14. §. cæterum.*

III.

Allodialibus *a*, & feudalibus *b*, publicis *c*, & priuatis, etiam ipsius vasalli, proprietate tamen in dominum prius transferenda *d*,

a) *C. de 1. de allod.* sunt autem res allodiales, quæ pleno iure nostræ sunt. *§. fin. instit. de vsufr. l. in remandata, 21. C. mand. d. c. 1. & ibid. Bald. Matth. de Afflict. de allod. c. 1. §. inter filiam, si de feud. defunct. controuers. oriat. Ias. in prelud. feud. num. 123. Ioan. Ferrar. in tract. feud. c. 7. lib. 5. Borch. c. 2. de feud. n. 13. Schrad. p. 2. F. n. 61. Vult. lib. 1. F. cap. vlt. num. 11. Et opponuntur feudis, §. 1. & 2. si de feud. defunct. content. sit int. dom. & c. un. §. fin. de allod. Cuiac. in prelat. comment. feud. & in eod. libr. 2. tit. 17. Hotoman. in Lexic. feud. Vult. d. c. vlt. lib. 1. n. 11. Et in dubio bona præsumuntur allodialia esse, non feudalialia, *text. est in c. unic. si de feud. defunct. content. oriat. Alexand. conf. 129. n. 2. lib. 1. & conf. 136. n. 2. eod. lib. Menoch. lib. 3. presumpt. 91. n. 1. Modestin. Pistor. conf. 22. n. 1. lib. 1. Wes. conf. 4. n. 1. & conf. 74. n. 36. p. 1. Andr. Gail. lib. 2. obseru. 69. n. 4. Mynf. obs. 25. cent. 5. Schrad. p. 3. feud. cap. 4. n. 53. Borch. d. c. 2. num. 13. Rosenth. c. 7. concl. 42. n. 26.* [Rittershus. *l. 1. c. 2. qu. 20. Struv. c. 16. th. 11.* Nisi euidentes coniecturæ sint in contrarium, vt præstatio iuramenti fidelitatis, & seruitiorum. Menoch. *d. pres. 91. n. 45. seqq.* Idem in feud. Imperii *Itterus de feud. Imp. c. 2. §. 8.* Sola tamen inuestituræ renouatio, non sufficiens coniectura est. Carpz. *P. 1. C. 27. d. 7.*] Cum enim feudum seruitus quædam sit, ideo semper pro libertate militat præsumtio, *gl. est in l. 13. ff. de vsufr. Alex. conf. 55. num. 19. lib. 4. Rosenth. d. loc. & c. 1. concl. 7. n. 5.* [vide plura infra *disp. 15. th. 7. lit. e. f.*]*

b) Est autem feudalis res contra, quæ pleno iure nostra non est, sed ab alio recognoscitur, *c. 1. in fin. de feud. cog. c. 1. §. fin. in quib. caus. feud. amitt. c. 1. §. 2. in pr. de inuest. de re alien. fact.* Et quidem rei feudalis concessio speciali nomine subinfeudatio vocatur. [Vulgo ein *Uffterlehn* vid. Struv. *c. 12. th. 10.* Ludwel. *p. 314.* Kohl. *de subfeud.*] Quæ est actus, quo vasallus feudū, quod habet, vel totum, [Per text, *2. F. 9. c. 1. si vero totum;* non obstante textu *2. F. 73.* cum hoc capitulum sit extraordinarium. Aliud in feudo regali Struv. *d. th. 10. n. 6.* Kohl. *de subfeud. c. 2. n. 9.* Diff. Ludwel. *p. 315.* Imo nec eius pars quota in subfeudum dari potest, bene tamen pars quanta Ludwel *d. l. Kohl. c. 1. n. 7.* Diff. Itterus de *Feud. Imp. c. 22. §. 5.*] vel aliquam eius partem, alii legitime in feudum concedit, *ita deficiente.* Vult. *d. lib. 1. c. 10. n. 79.* Sed quid? Num sine domini, aut eorum, quorum interest, consensu fieri hoc est permittum? Permissum esse omnino putamus, *per c. 1. §. fin. vero, qual. olim feud. alien. poter. §. c. 1. §. beneficium, si de feud. defunct. content. §. c. 1. §. similiter de l. Corrad. c. 1. §. praterea, de capir. Corr. §. ibi gl. §. Dd. c. ex transmissa, ubi Panormit. §. alii de for. compet. Curt. Lun. p. 4. q. 1. num. 83. Clar. in §. feudum, quest. 32. n. 1. Pistor. 2. q. 44. n. 1. Mynf. cent. 1. obs. 62. Menoch. consil. 307. quos allegat §. sequitur Vult. d. loc.* [Ratio est quia Domini non interest, nec eius ius deterius redditur, cum vasallus qui antea fuit, vasallus maneat; vt ita Clarus *d. l. frustra* conqueratur, quod idoneam rationem inuenire non potuerit.] Quæ autem requirantur, vt sub in feudatio valeat, *vide apud Borch. c. 8. n. 50. Vult. d. c. 11. num. 81. Mynsing. d. obs. 62.* [Struv. *c. 12. th. 11.*] Huius consequens est, & domino feudi permitti aliquem non inferioris dignitatis de directo dominio feudi investire, *c. 1. §. fin. de form. fidelit. Schrad. p. 3. c. 2. n. 9.* Sed quid de feudo nondum aperto, cuius tractatio etiam huius loci esse videtur, sentiendum est? Qua in re ita habe: Pure id neque alteri promittere, multo minus infeudare; recte sub conditione exequi hoc, dominum posse, *c. 1. cui success. feud. dar. eap. 1. qui success. teneant. §. c. 1. §. fin. de feud. dat. in vic. l. commiss. cap. 1. §. si quis, quo temp. mil. c. moribus, si de feud. defunct. conr. §. c. Borchol. c. 7. num. 23. prolixè Schrad. d. p. 3. c. 2. n. 16. §. multis seqq. Vult. lib. 1. cap. 5. num. 17. item c. 7. n. 46. §. 48. lib. 1. Rosenth. d. c. 4. concl. 9. lit. a. ubi multas cumulat authoritates* [Struv. *c. 7. th. 5. Ludwel. p. 158.* idque vocari solet *Superinfeudatio*, seu *expectatiua ein Anwartschaft* vid. *infra disp. 4. th. 5. lit. b.*] nisi forte fiat cum consensu prioris vasalli, Schrad. *d. p. 3. c. 2. n. 19. Vult. d. c. 7. lib. 1. n. 48. Rosenth. d. c. 4. concl. 9. num. 3.* vel promissio sit facta de feudo in genere aut incerto, *arg. l. fin. §. ibi notat. C. de pact. Schurff. conf. 59. cent.*

59. cent 1. Gail. observat. 155. n. 6. lib. 2. Beluis. in c. si quis de feud. dat. in vicem. l. commiss. Matth. de Afflict. in. c. 1. qui. success. dar. teneant. num. 3. Rosenth. d. concl. 9. num. 4. Et si per errorem investitura facta sit, valorem haud obtinebit, Ifern. in c. moribus, n. 6. vbi & Aluar. n. 7. Præpos. n. 2. si de feud. de funct. & c. Concessio siquidem iuris tanquam devoluti, cum devolutum non sit, minime valet, c. ex parte, de concess. præbend. vbi Canonist. huncque canonem sic in proposito applicare Decium consil. 606. n. 15. & Tiber. Decian. cons. 73. num. 36. testatur Rosenth. d. c. 4. concl. 10. sub lit. a. Sed si feudum vasalli dominus tibi pure concedat, nihilne evictionis nomine petere poteris? Distinguentem Rosenthalium d. c. 4. concl. 11. item c. 6. conclus. 18. sequemur. Quorum consuetarium est: Non tantum illas res, quarum utile, sed & quarum directum dominium habemus, in feudum dari posse, c. 1. §. sed. etiam res, per quas fiat investit. c. 1. in pr. qual. ol. feud. alien. pot. Schrad. p. 4. c. 2. num. 5. arg. l. quid ergo, §. iudicio. ff. de contrar. vel. util. action. tut. l. non cogendo, §. 4. §. fin. de procur. l. sed si plures, §. 10. §. filio. de vulgar. & pupill. subsit.

c) Res etenim publicas, quæ sunt imperii, Imp. seu supremus princeps alteri in feudum concedere potest, Præpos. in prælud. feud. num. 23. & 24. Laudens. c. 1. in pr. de his qui feud. dar. poss. Ias. in prælud. feud. num. 17. c. 1. de nat. feud. Schrad. p. 4. c. 1. n. num. 7. Vult. d. c. 5. num. 15. ne tamen imperio in graue detrimentum cedat infeudatio, Præpos. in prælud. feud. num. 24. & ibid. Ias. n. 79. & 80. Zas. in tract. feud. §. p. num. 15. Crauet. cons. 54. Roland. a Vall. consil. 1. n. 107. usque ad n. 128. lib. 2. quos allegat & sequitur Schrad. d. c. 1. n. 22. Vult. d. loc.

d) Siue ex res alienæ sint, c. 1. de invest. de re alien. fact. Sonsb. p. 8. num. 33. & Wesenb. c. 7. n. 7. Schrad. p. 3. c. 1. n. 6. Vult. d. c. 5. n. 16. [Cum hic non agatur de transferendo dominio. 2. F. 8. §. fin. sed ut rem habere liceat. Struv. c. 6. th. 9.] Ut re aliena in feudum data evicta, dominus vasallo de evictione obligetur, d. c. 1. Schrad. d. loc. Rosenth. citato c. 4. concl. 11. [ut vel aliud feudum det, vel nummos, quibus aliud comparari possit, solvat quos tamen præcise in alterius feudi evictionem impendere debet. Schrad. p. 5. c. 6. n. 5. Quando vero dominus de evictione non teneatur vid. infra d. 7. th. 10.] Siue propriæ tam concedentis quam accipientis; & de illis quidem res extra controuersiam posita est: hæc vero limitationes quasdam recipiunt: Qui enim alicui rem ipsius propriam in feudum concedit, si id faciat, accipiente ius suum ignorante, nihil agit, Vult. d. loc. num. 19. vbi allegat. Menoch. & alios: Potest namque quis rem suam propriam ab alio

recognoscere & feudalis conditionis efficere Es kan einer dem andern sein
 Eigenthumb auftragen / und zu Lehen machen [unde etiam vocatur,
 feudum oblatum ein Aufstragen Lehen. Add. Hertius *de feud. oblatis*
 Obrecht. *de Iur. feud. l. 2. c. 5.* Struv. *c. 7. tb. 10. n. 10. seqq.* Wurmser. *de*
feud. imp. concl. 3. sect. 8. Bitsch. *in Comment. ad. 2. F. 23. p. 346.* Itterus. *de*
feud. Imp. c. 1. §. 12. vbi exempla illustria adducit.] Spec. *tit. de feud. §. si*
vero. Iaf. *in l. 2. num. 171. in fin. C. de iur. emphyt.* Gail. *lib. 2. obseru. 158.*
num. 1. Menoch. *conf. 1. n. 63. volum. 1.* Cephal. *conf. 168. n. 51. vol. 2.* Burs. *conf.*
46. num. 17. & sequ. vol 1. vbi tria ad hanc recognitionem tanquam necessa-
 ria exigit: Primum vt dominus sciens rem suam propriam, vti alienam re-
 cognoscat ab alio, qui similiter sciat, dictam rem alienam, sed vti suam re-
 cognosci: Secundum, vt recognoscens agat animo alienandi, donandi &
 subiiciendi rem dictam sub alieno dominio, non animo simpliciter reco-
 gnoscendi rem suam: tertium, vt hoc constet, non per verba confessionalia,
 seu enunciativa alicuius instrumenti, sed per verba dispositiua & inductiua
 translationis alicuius domini, alioquin vno ex his deficiente non transferri
 ius rei in alium, *consentientes plures vide apud. Vult. d. c. 5. num. 19.* Quar-
 tum requisitum adiicit Schrad. *p. 5. c. 5. num. 4.* Si scilicet in iudice confes-
 sio fiat, per illam indistincte propriam rem feudalem effici, *per l. 1. C. de*
confess. l. post rem. 57. ff. de reiudic. quibus adde l. res iudicata, 207. vbi Dec.
ff. de reg. iur. Quid? Quod non tantum propria res, sed & communis, ce-
 teris paribus [Hoc est, pro ea parte, quam quis in re communi habet.] recte
 in feudum concedatur. *Dd. in d. §. sciendum, & docet text. in c. 1. §. cui do-*
minus, de nat. feud. consentit Blanc. 1. F. 6. num. 8. Wesenb. *c. 1. n. 7.* Sonsbec.
p. 8. num. 30. & seq. Vult. d. c. 5. num. 20. Rosenth. *d. c. 4. conclus. 10. num. 3.*
 imo & sub infeudetur, *Vult. d. loc. quam tamen libertatem cum Rosenth. ad*
 voluntatem domini metiendam sentio, *allegat. loc. sub lit. c.*

IV.

Siue eæ res soli sint *a*: vt fundus *b*, territorium *c*, siue
 solo cohærentes, veluti castrum *d*, ædificium *e*, molendi-
 num *f*, stagnum, piscina, sylua *g*, statua affixa, sigilla prin-
 cipum vel episcoporum *h*, quibus etiam addo fructus pen-
 dentes *i*.

a) *Text. est express. in c. 1. §. sciendum, fin. de feud. cognit. vbi Dd. hoc*
ad vnum omnes puta, Blanc. c. 6. libr. 1. Claud. Seyfell. rubr. quæ res infeud.
dar. poss. & c. Hannet. cap. 4. lib. 1. Zaf. p. 4. Wesenb. c. 7. Ioan. Schneid. p. 2.
 Borch.

Borch. c. 6. lib. 1. Schrad. p. 3. c. 2. n. 1. Vult. d. lib. 1. c. 5. Rosenth. d. c. 4. concl. 1. ubi vid. plures. Solum enim, teste Seneca lib. 2. nat. quest. proprium IC-torum verbum est, & presse ac scite ad res immobiles significandum assu-mitur, l. 1. §. 1. de rei vend. l. 1. de condict. tritic. l. 7. §. 1. de usufr. & que-madmod. quis utat. l. 1. §. hæc stipulatio. usufruct. quemadm. cau. c. vnic. §. fin. in quib. caus. feud. amitt. Borch. d. c. 6. n. 2.

b) Fundo igitur in feudum dato, & ea, quæ in eo perpetui vsus cau-sa sunt, vt boues, vaccæ, oues & reliqua animalia tam ad laborandum, quam stercoreandum agrum destinata, intelliguntur concessa, arg. l. fundi, 17. §. Labeo generaliter scribit, ff. de act. empt. Andr. de Ifern. c. 1. verb. plaustro-rum, num. 88. vbi & Matth. de Affl. n. 23. quæ sint regal. Schrad. p. 3. c. 1. n. 19. & 20. Vult. d. c. 5. num. 4. [Ludwel. c. 12. p. 252.] Quibus etiam cum Dd. pertinentias annuero, nisi eæ nominatim sint exceptæ, l. si quando, 1. & ibi Bart. C. de bon. vacant. Schrad. d. p. 3. c. 2. n. 5. 6. vsque ad 23. Menoch. 3. presump. 99. num. 7. Vult. d. loc. [Mev. p. 2. d. 196.] Controversia autem de pertinentiarum in feudum concessione orta, is, qui petit, inter pertinentias habitas probabit, quamuis earum possessio probandi onere ipsum leuet, Alex. conf. 55. n. 21. vol. 4. Menoch. conf. 395. n. 17. vol. 4. quos adducit & se-quitur. Vult. cit. loc. [probandum vero hanc vel illam rem cum fundo con-iunctam fuisse, veluti si antecessores quoque eodem iure vsi. vid. Mev. d. l. Gail. l. 2. obs. 62. n. 5. & seqq. & obs. 23. Speidelius in speculo, sub voce: Per-tinentiæ Mev. d. l. Dn. Parens Dissert. de probatione pertinentiarum] Et a-gro vel fundo infeudato, fructus pendentes, tanquam inhærentes solo ve-nire tradunt Bart. Castrenf. Alexan. & alii in l. cum filiusfam. ff. de legat. 1. l. fructus pendentes, ff. de rei vind. l. fin. §. pen. ff. quæ in fraud. cred. Schneid. p. 2. num. 30. & 31. Borch. d. c. 6. n. 11. Vult. d. c. 5. n. 4. Schrad. d. p. 3. c. 2. n. 54. & c. 4. n. 7. Sonsb. p. 8. n. 21. cum seq. Rosent. d. c. 4. concl. 2. n. 1. vbi plures.

c) Sic territorio in feudum concessio, etiam si mentio eius nulla facta sit, si tamen castro cohæreat, iurisdictio quoque data intelligitur. Roland. a Vall. conf. 42. num. 30. vol. 2. Menoch. presump. 97. num. 13. lib. 3. Vult. d. c. 5. num. 5. Rosenth. c. 5. conclus. 6. sub lit. a. [Scip. Gent. l. 3. de iurisdict. c. 23. Borchok. c. 6. n. fin. Fichard. l. 1. Conf. 20. n. 20. Vbi vnicum exercitium iu-risdictionis, facit præsumptionem semper competentis, vti post Mascardum, Mynsingerum, & Petrum Antonium de Petra, statuit Meuius. p. 2. d. 314. n. 5.]

d) Text. est express. c. 1. §. item si vasallus, si de invest. feud. Castro ta-men vel oppido simpliciter ita concessio, an territorium & iurisdictio simul concessa intelligantur, quæri video? Distinguentes [An sc. iurisdictio antea cohæ-

cohaerit castro, an non] recta via sic incedere arbitror, Couar. *1. pract. quest. concl. 9.* Tiber. Decian. *resp. 43. n. 1. cum seq. volum. 3.* Molin. *in cons. vet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 48.* Vult. *d. c. 5. num. 5. §. hoc etiam nonnulli.* Schrad. *p. 3. c. 4. n. 22.* [distinguunt alii, an castrum an territorium in feudum concessum; hoc demum casu simul transire Iurisdictionem Bocer. *de Iuris d. c. 6. c. 8. num. 16. seqq.* Sed eam distinctionem, recte reiecit Ludwel. *c. 12. p. 253.*] de territorio eandem distinctionem tradunt Dd. *in l. si pupillus §. territorium, de verb. sign.* (vbi territorii definitionem nobis ob oculos ponit ICtus,) quos nominat Rosenth. *c. 5. concl. 6. sub lit. a.* Castro tamen tanquam re particulari in feudum dato iurisdictionem minime transire recte Schrad. *d. cap. n. 21.* post Roman. *cons. 454.* Paris. *cons. 20. n. 54. lib. 1.* tradit. Et concessio quidem castro cum iurisdictione, merum & mixtum imperium sub certo casu [si sc. castrum in omnimoda iurisdictione concessum.] si venire dixerimus, non abs rationibus neque autoritatibus dixerimus, *l. 1. §. cum urbem. ff. de off. praef. urb.* Bart. *in l. 1. num. 16.* & ibi Alex. Ias. & Dec. *ff. de iurisd. omni. iud.* Barth. *in l. inter eos, 29. ff. de acquir. rer. dom.* Couar. *pract. quest. c. 1. concl. 9. n. 9. & 10.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 46.* Borch. *d. c. 6. num. 35.* Schrad. *p. 3. c. 4. num. 22. & seq.* Vult. *d. c. 5. n. 5.* Confer. omnino Rosenth. *d. c. 5. conclus. 7.*

e) Et ædificio alicui in feudum concessio, omnia, quæ illi affixa sunt, vel ad utilitatem ac usum eius conferunt, concessa intelliguntur, *l. Iulianus, 13. §. fin. cum ll. seqq. de act. empt. l. cetera, 43. §. hoc senatuscons. & ibi Alexan. ff. de legat. 1. Ias. in l. si. n. 11. ff. de const. princ.* Schrad. *p. 3. c. 4. n. 2.*

f) Curt. *lun. p. 1. q. 6. n. 11.* Borch. *d. c. 6. n. 11.* Schrad. *d. p. 3. c. 2. n. 2.* Vult. *d. c. 5. n. 5.* Rosenth. *d. c. 4. conclus. 4.* Cuius consequens est, si in aquis natent, aut a ventis agitentur, non posse ea infeudari, [Ratio est quia ista molendina ad res mobiles referri solent, in quibus proprie non constituitur feudum vid. Carpz. *p. 3. C. 24. d. 5. & 8.* Knich. *de pact. vest. p. 1. c. 4. n. 51. seqq.* Ludwel. *c. 12. p. 251.* Dissentit vero recte Struuius. *Cap. 6. th. 11. n. 5. seqq.* & argumentis contrariis respondet, docetq; omnia ista molendina pro rebus immobilibus habenda] *dd. auctoritatib.* quorum illud tamen in molendino bannali, hoc vero in immobili molendino, vtrumque in accessorii conditione existente, recte limitat Rosenth. *d. loco.*

g) Et si quis aliquem de stagno, vel fluuio, vel sylua inuestierit, etiam pisces in feudum & feras tanquam fructus piscinae fluminis & syluae concessisse intelligitur, *Zaf. in tract. feud. p. 4. num. 2.* *Wesenb. c. 7. num. 3.* *Sonsbec. p. 8. num. 20.* Rosenth. *d. p. 4. conclus.* [Dissentit quoad feras sylvarum Struuius

Struuius. *c. 6. th. 11. n. 3.* sed præualet sententia Autoris, cum & usufructuarius Sylvæ ius venandi habeat *l. 9. §. 5. & l. 62. pr. ff. de usufr.* vasalli vero ius potius est iure usufructuarii.] dum tamen non custodia gratia inibi sint & habeantur: ita distinguente Bart. *in l. funes, 17. ff. de act. empt. quem sequuntur* Zas. *p. 4. tract. feud. n. 2. & 3.* Schrad. *d. p. 3. n. 7.* Vult. *d. c. 5. n. 4.* Rosenth. *d. c. 4. conclus. 3. n. 3.* Vel in venationibus, puta maiorum ferarum, consuetudo Principum aliud obtineat, vid Schrad. *d. p. 3. c. 4. num. 47.*

h) Idem & de superficie, ac granariis solo infixis, quominus concludamus, nihil impedit, *arg. l. 1. §. plane. §. ad solum. ff. de vi & vi arm. l. granari 1. ff. de act. emt. l. obligationum fere, 44. §. placet. ff. de oblig. & act.* Zasius *d. p. 4. n. 5.* Dd. *in d. §. sciendum.* Schrad. *d. p. 3. c. 2. num. 55. & 59.* Rosenth. *d. c. 4. concl. 2. n. 4.* Nec non de statua affixa aut sigillis Principum vel Episcoporum idem pronunciamus: si inde ex usu aut sigillatione quid proueniat reddituum, Rosenth. *d. c. 4. conclus. 3. num. 1.* vbi allegat Beluif. Bald. Præpos. *in §. 1. de fratribus, de nou. benef.* Zas. *d. p. 4. n. 18.*

i) Quid ni idem etiam de fructibus pendentibus statuamus? fundi enim pars censentur: per ea quæ tradunt Bartol. Castrenf. Alex. *in l. cum filiafam. ff. de leg. 1. l. fin. §. pen. ff. que in fraud. cred.* Didac. Couar. *lib. 1. var. resol. c. 18.* Zas. *in epit. feud. p. 4. n. 4.* vbi hoc communiter teneri dicit Borch. *d. c. 6. num. 11.* Schrad. *p. 3. c. 2. num. 54. & 55. & c. 4. n. 7.* Wurmser. *de feud. obs. 23.* Vult. *d. c. 5. num. 4.* Rosenth. *d. c. 2. conclus. 2.* Diss. Claud. de Seyfell. *de feud. subst. rubr. que in feud. dar. poss. quem sequitur* Niell. *disp. feud. 3.* Sed utrum absque solo, hæ res solo cohærentes, in feudum concedi possint? Quam ipsam expedita distinctione [inter separatas a solo vtilitatem habentes, & separatas, non habentes vtilitatem. Vult. *d. c. 5. n. 5.*] expeditam dabimus cum Schrad. *d. p. 3. c. 2. n. 56. & seqq.* [Vide tamen Ludwel. *c. 12. p. 250.*]

V

Sed & in iis rebus, quæ immobilibus annumerantur, quales sunt pensiones de camera & cauena *a*, annui redditus *b*, seruitutes *c*, iuraque venandi, piscandi, cædendi ligna, lapidem, aucupandi, pascendi, actiones pro rebus immobilibus competentes *d*.

a) *d. §. sciendum.* vbi pari & consona voce Dd. omnes. *de feudi cognit.* Schrad. *d. c. 3. num. 2. p. 3.* Borch. *d. c. 6. num. 13.* Rosenth. *d. p. 4. c. 6.*

b) Immobilium si quidem naturam sequuntur, *l. ult. §. iubemus. C. de sacros. eccles.* & ita Dd. communiter sentiunt, *per l. si quis inquilinos, ff. de legat.*

M

legat. 1. d. l. iubemus, in pr. & ib. gl. verb. annonas. C. de sacrosanct. eccles. Tiraquel. de utroque retractu. §. 1. gl. 6. Andr. Gail. lib. 2. obs. 10. Molin. in tract. commerc. q. 37. num. 237. quos allegat & sequitur Borch. d. c. 6. num. 15. item Rosenth. d. c. 4. concl. 5. num. 1. lit. a. Schrad. d. p. 3. c. 3. num. 2. Siue illi ex re immobili, siue huic æquipollenti debeantur: puta, ex aliqua mensa numularii, Zas. tract. feud. p. 4. num. 9. Andr. de Ifern. in d. c. 1. §. sciendum, num. 1. Bald. ibid. num. 4. de feud. cognit. Borch. d. c. 6. Schrad. d. p. 3. c. 3. num. 8. Rosenth. d. conclus. 5. num. 1. Modo ne sint præstationes mere personales, Bald. Præpos. Matth. de Afflict. Ifern. d. §. sciendum, arg. l. fin. §. ff. de contrab. cmpt. Zas. in tract. feud. 4. part. num. 10. quos citat Schrad. d. c. 3. num. 2. quibus adde Vult. d. c. 5. num. 9. Diss. Rosenth. allegat. loc. Neque præstentur ex re modico tempore duratura, Menoch. de arbitrar. iudic. quest. libr. 2. cent. 3. cas. 233. Bald. in d. §. sciendum, num. 4. de feud. cognit. idem in l. hac edicta, §. his illud. C. de secund. nupt. Borch. d. c. 6. num. 15. in fin. Schrad. d. p. 3. c. 3. num. 5. Neque ex re turpi aut illicito quæstu percipiuntur, Zas. p. 4. num. 12. Ioan. Ferrar. lib. 2. feud. c. 3. Schrad. d. p. 3. c. 3. num. 6. Vult. d. c. 5. num. 9. Rosenth. d. conclus. 5. num. 3.

c) Seruitutes item quia immobilibus adherent, gl. est in l. 1. verb. intelliguntur. C. de usucap. transformand. Alex. cons. 211. num. 5. vol. 6. Gail. 2. obser. 11. Roland. a Vall. cons. 1. num. 128. Wesenb. c. 7. num. 2. Borch. d. c. 6. num. 17. Schrad. d. p. 3. c. 2. num. 55. & c. 4. num. 3. Vult. d. c. 5. num. 4. Rosenth. d. c. 4. conclus. 2. num. 3. & tam rusticæ, quam urbanæ, l. 1. ff. comm. præd. §. ideo autem. Instit. de seruit. rust. præd. Schrad. d. loc. [Ludwel. p. 252. Aliud ergo in seruitutibus personal.]

d) Et quidem iura venandi, piscandi, cædendi ligna, lapidem, in feudum concedi posse, ambigi non debet, inquit Rosenth. d. conclus. 2. num. 2. ubi multas adducit authoritates. Quibus etiam adiungo actiones ad res immobiles competentes, nam & has infeudari posse, communi calculo approbant Bald. Aluarot. Præpos. Afflict. in d. §. sciendum. Zas. p. 4. num. 11. Borch. d. c. 6. num. 16. Schrad. d. p. 3. c. 3. num. 10. & seq. Vult. d. c. 5. num. 8. Rosenth. d. p. 4. concl. 6. num. 2. Si enim ad res immobiles datae fuerunt, siue reales siue personales eæ sint, immobiles iudicantur, Bart. in l. 1. num. 4. C. si advers. transact. idem in l. potest, 18. num. 1. ff. de author. tutor. Ias. in l. fisci. 75. §. fin. num. 11. ff. de legat. 1. Bald. in c. iubemus nulli, in princ. C. de SSis eccles. & in l. ita demum, in fin. C. de collat. Matth. de Affl. in const. Neap. Rubr. 25. num. 50. lib. 1. Borch. Schrad. dd. loc.

VI.

Item iurisdictio *a* & regalia *b* maiora *c*, vt ius creandi duces, comites, barones, erigendi tribuendique ducatum, marchionatum, comitatum, baroniam *d*, spurios legitimumandi per rescriptum *e*, famæ reddere *f*, leges vniuersales ferre *g*, comites palatinos facere *h*, nobilium dignitate insignire *i*; nouas Academias concessis priuilegiis constituere *k*.

a) Iurisdictione igitur concessa & merum & mixtum imperium venire defendemus. Menoch. *presumpt.* 93. num. 13. libr. 3. vbi ad hoc citat Longovall & Gaspar. Valasi. in *l. imper. de iurisdict. omn. iud.* his adde Alciat. in *c. quod sedem de offic. ordinar.* num. 38. Rosenth. *c. 5. conclus.* 8. num. 1. vbi sub lit. a. multos allegat. [sc. si omnimoda Iurisdictio concessa, nam & merum imperium sub Iurisdictione tanquam genere continetur Steph. *de Iurisdict.* l. 1. c. 38. num. 11. seqq. Brunn. *ad l. 3. ff. de Iurisdict.* num. 3. sub voce autem iurisdictiois indefinita, inferior tantum Iurisdictio & mixtum imperium continetur Struv. *c. 6. th. 18. num. 4.*] iurisdictio tamen suprema hisce non venit annumeranda, quæ non est in marsupio principis, vt post Bald. Roland. a Vall tradidit *consil.* 1. num. 115. vol. 2. quos adducit Borch. in *explic. c. unic. num. 20. quæ sint regal.* hinc probationis onus in se recipit, qui se imperii iurisdictioi subiectum negat, Alex. *cons.* 87. in *fin. lib. 6.* Menoch. *cons.* 2. num. 3. & seqq. & *presumpt.* 14. num. 1. libr. 2. Borch. *d. loc.* Rosenth. *d. c. 5. conclus.* 4. num. 1. Et quamuis in regalibus multi iurisdictioem non habeant, nobis tamen regale esse contra opinionum præsumpta veritas persuadet, Roland. a Vall. *cons.* 1. & 42. num. 5. vol. 2. Alciat. in *d. c. quod sedem,* 27. *de off. ordin.* Menoch. *presumpt.* 97. num. 27. 28. 29. Peregrin. *tract. de iur. fisc.* tit. 1. num. 10. libr. 1. Vult. *d. c. 5. num. 7.* Rosenth. *d. c. 5. conclus.* 4. Non tamen si merum & mixtum imperia sint concessa, cætera quoque regalia concessa intelliguntur, sed ea duntaxat, quæ ex mero & mixto imperio deriuantur, Mozz *tit. de his qui feud. dar. poss.* num. 13. Rosenth. *d. loc.*

b) Quod vocabulum a rege Dd. notant ad vnum omnes, quem in feudorum textibus Imp. interpretantur, Isern. in *c. 1. num. 1.* vbi & Afflict. num. 5. *quæ sint regal.* Aluar. in *c. 1. in pr. de nou. form. fid.* Roland. a Vall. *cons.* 1. num. 15. vol. 2. Vult. *d. c. 5. num. 6.* §. *inter hæc autem* Ludwel. *c. 13. p. 257.* Et quamuis hanc notationem vt probam agnoscam, non tamen impedire credo, quin & hanc insulsam & vel magni nostri Goclenii iudicio

probatam subiungam allusionem: esse scilicet mixolatinum vocabulum, ex rege, & aduerbio Græco *λίαν* coniugatum: Regaliaque dicta tanquam valde regia: cui confirmandæ allusioni non parum inferuit, quod in re cuncti consentiant; vel quia Rex, quem Imp. hic interpretantur recepto consensu omnes, fons est omnis dignitatis & præminentia: Pruckm. *de regal. c. 1. num. 16* Marant. *in spec. aur. p. 4. dist. 5. num. 3.* Capol. *de seruit. rust. præd. c. 17.* Vult. *d. c. 5. num. 6.* Rosenth. *d. c. 5. num. 3.* vel quod is qui regio titulo ab Imp. decoretur, iura hæc tanquam præcipue regis titulo connexa, hoc ipso habeat, Vult. Rosenth. *dd. loc. ubi plures.* Definimus autem Regalia: quod sint iura Imperatori, cuiue Imperator ea expresse vel tacite habenda dedit, in signum præminentia, ad imperii dignitatem & vtilitatem eius conseruandam competentia, Bald. Ifern. Aluarot. Laudens. Præpos. Afflict. *c. 1. quæ sint regal. Ferrar. Mont. lib. 5. feud. c. 7.* Borch. *d. c. 11. num. 2.* Vult. *d. c. 5. num. 7. in princ.* Rosenth. *d. c. 5. concl. 1. num. 2.*

c) Diuidunt ita vulgo Mont. *d. lib. 5. c. 7.* Borch. *in d. c. vn. quæ sint regal. num. 2.* Vult. *d. c. 5. num. 7.* Rosenth. *d. c. 5. concl. 2. num. 1.* ac maiora quidem ad ipsius Imperatoris summum decus & auctoritatem sine pecuniario commodo pertinent, *vide alleg. [de his Regalibus maioribus videri possunt ex professo Ziegl. tr. de Iur. Maiesi. Arnisæus & Dn. ab Einsiedel tr. de Regalibus. Struv. c. 6. th. 14. & seqq. Ludwel. c. 13. p. 263. seqq.]*

d) *C. 1. quis dicat. dux, com. vel march. ubi Aluar. num. 2.* Affl. *num. 1. & 2.* & Præpos. Bald. *num. 1.* Zas. *d. p. 5. num. 11.* Borch. *d. c. de regal. Vult. d. c. 5. num. 7.* Rosenth. *d. c. 5. concl. 2. num. 3.* & hoc fit vel mediate, vel immediate, Claud. Seyfell. *in spec. feud. rub. qui feud. dar pos. Borch. d. c. num. 4.* Rosent. *d. loc.* Salua nihilominus illius axiomatis veritate: *Dignitates eiusmodi tribuere, solius esse Imp.* quod communi consensu receperunt Dd. supr. allegati omnes, quibus adde Peregrin. *de iur. fisc. libr. 1. num. 39. t. 2.* Zas. *conf. 16. num. 64. vol. 2.* Et exclusiuam subiecti non excludere concomitantia, maxima est philosophorum.

e) Nouell. 89. *cap. 1. §. fin.* Matth. *de Afflict. c. 1. num. 1. quæ sint reg.* Zas. *d. p. 5. num. 14.* Ferrar. Mont. *d. c. 7. lib. 5.* Schneid. *p. 2. num. 97.* Borch. *d. c. 11. num. 4.* ubi alleg. Boss. *tit. de princip. & priuil. eius.* Vult. *d. c. 5. num. 7.* nouiss. Rosenth. *d. loc. num. 4.* ubi sub lit. d. allegat plures.

f) *L. 1. in fin. de quest. l. 1. & ibi Dd. C. de sent. pass. l. 1. ff. de natal. restit.* Peregrin. *de iure fisc. 1. num. 10.* Borch. Vult. Rosenth. *dd. loc.*

g) *§. sed & quod principi, inst. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. ff. de constit. princ. l. fin. C. de ll. ubi consule Dd.* Vult. Rosenth. *dd. loc.* ubi allegant Peregrin. quem & nos ant.

h) Fer-

h) Ferrar. Montan. d. c. 7. l. 5. Rosenth. d. loc.

i) Dd. in l. 1. ff. de nat. restit. Bart. & alii in l. 1. C. de dignit. Peregrin. d. c. 1. n. 18. Cuiac. c. 1. quæ sint regal. per l. 1. ff. ad l. Iul. de ambit. Tiraq. in tract. de nobil. cap. 6. Pruckman. in tract. solut. potestas. memb. 1. effect. 4. Mascard. de probat. concl. 1094. n. 5. vol. 2. Vult. Rosenth. dd. loc.

VII.

Atque minora, qualia esse putantur *a*, quæ ab Imperatore Friderico referuntur: nempe armandiæ *b*, viæ publicæ *c*, flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia *d*, portus *e*, ripatica *f*, vectigalia, quæ vulgo dicuntur feloniam *g*, monetæ *h*, multarum pœnarumque compendia *i*, bona vacantia *k*, & quæ vt ab indignis legibus auferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur *l*, & bona contrahentium incestas nuptias *m*, condemnatorum & proscriptorum, secundum quod in nouis constitutionibus cauetur *n*.

a) Ideo, inquam, putantur, quia recensentur quædam in isto capite, [cap. vn. Quæ sint Regalia 2. F. 56.] quæ maioribus potius, quam minoribus regalibus accensenda veniunt, vt est eudendæ monetæ ius: in quam rem vide Affl. in d. c. 1. §. moneta. num. 1. & 2. quæ sint regal. Claud. Scysell. rubr. de his qui in feud. dar. poss. Boss. de monet. in princ. Rosenth. d. c. 5. num. 2. Vult. d. c. 5. num. 7. Item ius constituendi magistratum, l. 1. ff. de constit. princ. Cuiac. lib. 5. feud. Alciat. de iure fisc. libr. 1. tit. 1. num. 10. quos allegat Rosenth. d. loc. sub. lit. c.

b) Varii varie hoc vocabulum explicant: Alii ex armentis vectigal esse dicunt, Aluarot. Bald. Affl. Præpos. in d. c. 1. Certum vectigal alii, quod ex licentia armorum fabricandorum pensatur, interpretantur, Isern. Aluar. Bald. Afflict. Præpos. in d. c. 1. Alii denique fabricas & publica armamentaria intelligi scribunt: hæc enim Princeps Romanus sibi soli vendicauit, Nouell. 85. l. 1. C. vt armor. vs. Hotom. Borcholt. in explicat. c. vnic. quæ sint regalia. n. 21. & hanc verissimam esse testatur Menoch. conf. 298. n. 17. vol. 3. Cuiac. libr. 5. feud. in const. Frid. sub rubr. de iur. fisc. Peregr. de iur. fisc. rubr. 1. n. 14. lib. 1. Vult. d. c. 5. n. 7. Rosenth. d. c. 5. concl. 19. [Tabor. in Arment. c. 4. th. 3. Vbi tamen hoc dubium remanet, quod sic ius Armandiæ ad Regalia maiora referri debeat, quod tamen antea fecerat Autor.]

c) Alias viæ regiæ, vel prætorix, vel consularis, item militares: nostro idiomate *Kaiserliche freye Heer oder Reichsstrassen* Vult. d. c. 5. num. 7.

Capol. de seruit. rust. praedir. c. 3. n. 16. & haec regalibus annumerari Dd. omnes in d. c. 1. que sint regal. asserere scribit Rosenth. d. c. 5. conclus. 20. sub lit. d. & hoc, cum ratione iurisdictionis & supremi cuiusdam dominii, nec non dispositionis, tum vt sua iter facientibus constet securitas, p. l. Ad instructiones C. de SSant. eccles. Hotomen. hoc loc. De securitate autem vide l. 3. l. congruit. ff. de offic. pres. Myns. cent. 5. obs. 70. Gail. 2. obs. pract. 64. n. 4. & lib. 2. de pac. publ. obs. 1. n. 13. Vult. d. num. 7. vers. vie publice. Rosenth. d. c. concl. 2. n. 5. [conf. Dn. Fritsch. de Regali viarum public. iure.] Hinc tanquam confectarium quoddam deducitur ad refarciendum damnum euntibus per viam publicam illarum Principem obligatum, idque validiore nexu, si vel pedagium, vel vectigal, sit ea gratia depensum, arg. l. 3. l. congruit. ff. de off. pres. l. 1. §. quies. ff. de off. pres. urb. & ita scribit Bald. in c. vn. §. March. n. 5. de his qui feud. dar. poss. ubi multos alleg. Andr. Gail. Myns. citatis antea loc. Wurmsf. in pract. obseru. tit. vlt. obs. 8. Beust. in rubr. de iureiur. num. 168. Zas. conf. 14. n. 8. & seqq. vol. 1. Borch. d. c. que sint reg. n. 28. Rosent. d. c. 5. concl. 22.

d) d. c. vn. b. tit. ubi Isern. Afflict. Praepos. & alii que sint regal. Roland. a Valle conf. 97. vol. 2. Ferrar. Mont. d. c. 7. l. 5. feud. Borch. d. c. n. 30. Vult. d. n. 7. vers. flumina nauig. Rosent. d. c. concl. 23. vsu eorum manente publico: navigatione puta, piscatione, & si qua his similia reperiantur, arg. riparum. §. flumina. ff. de rer. diuis. §. flumina. Inst. eod. utrobique. Dd. Rosent. d. concl. 23. ubi sub lit. b. multos alleg. [Hoc vltimum concedi non potest Auctori, nam vsu fluminis eum tantum priuati praetendere sibi possunt, quem Princeps iis concessit. Quod de iure piscandi manifestum est. Stypman de iure maritim. P. 5. c. 4. n. 11. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 18. Ita ad vsu fluminis restrictum etiam pertinet Ius Stapulae Ziegl. de iure Maies. l. 1. c. 42. §. 1. Ius Geranii Klock. de contribut. c. 11. n. 12. Marquard. de iure Mercat. l. 2. c. 6. n. 11. Ius Grutiae Dn. Fritsch. tract. de Iure Grutiae c. 2. Dn. a Seckendorff in teutschen Fürsten-Staat P. 3. c. 3. §. 6. n. 4. Add. omnino Dn. Fritsch. tr. de Iure flumiatico. Sigism. Buchner. de Iure Aquatico.]

e) d. c. 1. que sint regal. Ac quo modo inter regalia habentur flumina, eodem & portum asseuerare fuerit pretium operæ. §. flumina, ubi interp. inst. de rer. diuis. & ita se intelligere Balduin. d. c. 1. ante n. 1. (qui omnes, inquit, portus ad regem pertinent) affirmat Rosenth. d. c. 5. concl. 31. Portus autem quid sint se remittit, ad l. portus, 59. ff. de verb. sign. confer. Vult. d. c. 5. n. 7. vers. portus. Petrus Gregor. in synt. iur. libr. 3. c. 14. n. 7. Qui autem portum hic accipiunt pro vectigali, & quod eum in portu soluitur, tum in transitu eiusdem

dem

dem a vero haud aberrare puto, & ita explicat Ifern. *d. c. 1. n. 9. quæ sint reg.* Aluarot. *n. 2. Afflict. in verb. portus, n. 1.* item sentiunt Hotom. Cuiac. *ibid. Cæpoll. de seruit. rust. præd. c. 28. n. 2. Borch. n. 41. Vult. d. c. Rosent. alleg. c. 23.* vbi & frequentiore Dd. huic sententiæ calculum addere, *n. 4. testatur.* [add. Dn. Beyer ad Schnobel. *Disp. feud. 4. th. 25. vocc: falli putamus.*]

f) Quæ vulgo explicant vectigalia per transitum riparum soluenda, Ifern. *d. c. 1.* vbi & Aluarot. Præpos. Matth. de Afflict. *quæ sint reg. Borch. n. 42.* Alii pro traiectus iure accipiunt & nauo, quod ab iis, qui flumen transmittunt, exigi solet. Et hanc sententiam videri Aluar. *alleg. ant. loc. testatur Rosenth. c. 32.* Idem inquit huc aperte referre Ferrar. Montan. *c. 7. lib. 5. §. sunt & riparum commoda. Vult. d. n. 7. vers. ripatica.* Generalius interpretatur vocabulum Peregr. *de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 24.* cuius sententiam vide apud Rosenth. & Vult. *dd. loc.*

g) *d. c. 1. vbi Dd. communiter, quæ sint reg. Ferrar. Mont. d. c. 7. lib. 5. Boss. tit. vectig. qui poss. impon. Peregr. in tract. de iur. fisc. rubr. de iis qui iur. fiscal. hab. n. 100. lib. 1. §. tit. 1. n. 22. Mynf. obs. 29. cent. 5. Schrad. de feud. p. 3. c. 4. n. 38. & seqq. Vult. d. n. 7. Borch. n. 45. Rosenth. d. c. 5. concl. 33.* Vectigalia autem solus princeps siue Imp. imponit, *l. vectigalia, 10. ff. de public. & tot. tit. C. de vectigal. nov. non inst. vid. Mynf. Borch. Vult. dd. loc.* [Idque adhuc hodie, ita tamen vt Electorum consensus vnanimis requiratur, & plura vota, in hac causa, non concludant. *Capit. Leopold. Art. 21. Et Capit. Iosephi art. 20.* Electores tamen Brandenburgici ius habent pro lubitu instituendi vectigalia in suo territorio. *Lim. in Addit. ad Iuspubl. l. 5. c. 7. n. 136. illustr. Dn. de Rhetz. Instit. Iur. Publ. l. 1. tit. 6. §. 24. & l. 1. tit. 13. §. 4.* Conferatur Dissertatio nostra *de Iure Cataractarum. c. 4. §. 19. seqq. vbi dissentienti Multzio respondetur.*]

h) *d. c. vnic. vbi Dd. omnes, in quibus etiam est Borch. n. 55. quæ sint reg. huc adde l. 1. ff. de contrab. empt. l. 1. §. 2. C. de fals. mon. Mynf. cent. 4. obs. 24. Schn. de feud. p. 2. n. 117. Peregr. de iur. fisc. tit. 1. n. 25. lib. 1. Vult. d. n. 7. vers. ius monetæ. Ferrar. Mont. c. 7. lib. 5. Rosent. d. c. 5. concl. 48.* Et hoc regale de reseruatis esse dicunt, *Boss. tit. de monet. n. 1.* [nec ab Imperatore sine Electorum consensu concedi potest *Cap. Leopold. art. 34. & Cap. Ioseph. art. 33.*] Aut igitur privilegio acquirendum hoc ius aut præscriptione, *l. ult. C. nov. vect. inst. non posse. l. si quisquam. ff. de diuers. & temp. præscr. & l. 1. C. de fund. lim. c. super quibusdam. §. præterea, de V. S. Ifern. in d. c. vnic. n. 19. & seqq. vbi & Afflict. in verb. monetæ, n. 4. Ferrar. Mont. Schneid. Boss. Mynf. dd. loc.* [Inde nec superioritati territoriali cohæret. *Myler. ab Ehrenb. de Princ. & Statib. Imper. c. 7. §. 3.*]

i) d.

i) *d. c. vn. ubi Dd. communiter, quibus adde Hotom. Cuiac. Borch. n. 64. & 65. in fin. Vult. d. n. 7. vers. ius multandi, & c. Rosent. d. c. 5. concl. 50. [add. Brunnem. ad r. Cod. de modo multar.] Et habet se multa ad pœnam, sicut species ad genus, l. aliud est fraus. §. inter. ff. de V. S. Borch. Rosent. dd. l. ubi vid. plures differrent.*

k) *d. c. i. ubi omnes, quæ sint reg. & hoc l. Iulia fisco Imp. tribuit, uti apparet ex l. 96. §. 1. ff. de leg. 1. l. 1. C. de bon. vacan. Vlp. in frag. tit. 28. Borch. n. 67. Vult. d. n. 7. vers. ius bonor. vacantium, Rosent. d. c. 5. concl. 52. [Idem & Principes Imperii, Myler ab Ehrenbach d. tr. c. 68. & reliqui status, sc. ciuitates Imperiales, habent. Henr. Bruning. Tr. de variis Vniuersitat. Spec. concl. 25. lit. B. Gail. l. 2. obs. 130. n. fin. In Saxonia etiam ciuitates municipales, si merum Imperium exercent. Sandrecht. l. 1. art. 28 Richt. de Success. ab Intest. Sect. 5. n. 3. Aliud extra Saxoniam Dn. Parens Tr. de Success. ab Int. Diss. 5. c. 1. §. 11.] Reuocantur igitur a ciuitatibus destitutis iure regali, quæ illa obtenta alicuius priuilegii sibi vindicarunt, text. est in l. 1. & 4. C. de bon. vacant. Rosent. d. loc. ubi sub lit. b. multos alleg.*

l) *c. vn. ubi omnes, quæ sint reg. l. 1. l. edicto. 13. cum l. seq. l. cum mortem uxoris. l. fiscus 38. l. ita fidei heredis, 40. cum seqq. l. Statius Florus. l. aufertur ei quasi indigno, ff. de iur. fisc. t. t. D. & C. de his, quibus ut indign. Quod enim indignis aufertur, fiscus ad se trahit, l. Papinianus. §. meminisse, de inoffic. test. Petr. Greg. in syntagm. iur. vniuers. lib. 3. c. 12. n. 16. Borch. n. 73. Vult. d. n. 7. vers. bona indignis. Rosent. d. c. 5. conclus. 75. ubi de his plura.*

m) *d. c. i. ubi omnium consensus, quæ sint reg. l. qui contra. l. si quis incesti. C. de incest. nupt. auth. incestos, d. r. tamen superstites sint personæ tales, quibus ex ll. bona deferuntur, Borch. n. 78. Vult. d. n. 7. vers. bona incest. Rosent. d. c. 5. concl. 58.*

n) *d. c. i. ubi interpp. omnes, quæ sint reg. c. 1. §. si quis aliquem, & ibi Feudist. de pac. tenend. & huc pertinet t. t. de bon. prescr. seu damnator. Borch. n. 81. Vult. d. n. 7. vers. bona damnatorum. Rosent. d. c. 5. concl. 59. Si non existant descendentes & ascendentes, vsq; ad tertium gradum inclusiue, Nov. 134. c. 13. vers. ut autem non solum, l. si quis incesti. C. de incest. nupt. Dd. admittunt quoque collaterales, vsque ad tertium gradum, secuti Irnerium, in auth. bona damnatorum. C. de bonis proscript. Clar. lib. 5. recept. sentent. §. fin. q. 78. in pr. Peregr. de iur. fisc. tit. de publ. bon. lib. 5. n. 4. Rosent. dd. supr. loc. quibus accedit Borch. d. c. 1. n. 83. Sed præter, imo contra textum, d. nov. 134. c. 13.*

IIIX.

Angariarum, parangariarum *a*, plaustrorum & nauium præstationes, & extraordinaria collatio ad regalis numinis expeditionem *b*: potestas constituendorum magistratum ad iustitiam exercendam *c*, argentariæ *d*, & palatia in ciuitatibus consuetis *e*, piscationum redditus *f*, & salinarum *g*, & bona comittentium crimen Maiestatis *h*, & dimidium thesauri in loco Cæsaris inuenti non data opera, vel loco religioso; si data opera, totus ad fiscum pertinet.

a) Et hæc inter regalia numerantur *d. c. 1. Et ibi omnes, quæ sint regal.* Sunt autem angariæ & parangariæ onera matrimonialia in præstatione iumentorum, nauium, plaustrorum & operarum consistentia, quæ propter repentinum aliquod negotium indicuntur, *l. 2. C. de quibus muneribus vel præstationibus nemini liceat se excus. libr. 10. l. ult. §. 21. ff. de munerib. Et honorib. l. 2. C. de præpos. sacror. cubil. libr. 12. l. 11. ff. de vacation. Et excus. munerum.* Vide varias interpretum sententias apud. Vult. *1. F. 5. num. 7. Borch. ad d. c. quæ sint regal. num. 84. Rosenth. d. c. 5. num. 70. Sixtin. in tr. de regalib. c. 15. adde Brisson. de verb. signif. lib. 1. verb. angarias, Et libr. 14. verb. parangaria.* [Frantzk. *l. 2. resol. 15. num. 34. seqq. Struv. c. 6. th. 25.* Alii sunt hodierni cursus publici, die Ordinar Posten / de quibus Hopinck. *tr. de Iure Postar. & Hornick. tr. de Regali postar. iur.*

b) *d. c. 1. ubi interpp. omnes, quæ sint reg.* Borch. *ib. num. 85. Vult. d. num. 7. vers. extraordinaria, Rosenth. d. c. 5. conclus. 73.* Intelligunt autem per extraordinariam collationem interpp. superindictum, id est, quod pro Imp. utilitate seu necessitate indicitur supra ordinarias & statas indictiones, census & tributa, de quibus agitur *t. tit. ff. de censib. Et t. tit. C. de superind. Et t. tit. C. de coll.* Borch. Vult. Rosenth. *dd. loc.*

c) *d. c. univ. ubi interpp. omnes, quæ sint reg.* Menoch. *de præsumpt. præsumpt. 97. num. 30. lib. 3. fac. l. univ. ff. ad l. Jul. de ambit. §. indices, Et ibi not. de pac. iurament. confirmand.* Rosenth. *d. c. concl. 81.* Et quamvis olim potestas hæc penes populum Romanum fuerit, *l. 2. §. quoad magistrat. cum seqq. ff. de orig. iur. l. 1. ff. de ambit.* tamen potestate in principem a populo translata, *§. sed Et quod principi 6. inst. de iur. nat. gent. Et ciuil. l. 1. ff. de const. princip. & hoc regale simul in principem*

N

trans-

translatum esse conueniens est, *conf. l. vn. ad l. Iul. de ambit.* Borch. Rosenth. *d. loc.*

d) Varii varie hoc vocabulum explicant, nobis ea, quæ votis receptoribus comprobata est, arridet, intelligendum scilicet esse, de decimis, vel alia portione, ex metallifodinis pendenda, ex ll. autoritate fisco debita, *l. cuncti. C. de metallar. & metall. lib. 11.* Peregr. *de iur. fisci, tit. 2. num. 11. lib. 4.* Borch. *d. c. vn. num. 87.* Vult. *d. num. 7. vers. argentaria.* Rosenth. *d. c. 5. concl. 78. vbi sub lit. g. vid plures.* [Alii ipsa mineralia & omne ius circa illa, referunt ad regalia. Struv. *d. c. 6. th. 26. num. 3. seq.*]

e) *d. c. 1. qua sint reg.* Sunt autem palatia ius habendi inhabitandi-que regia palatia, quod id nemini sit concessum præterquam regi, aut cui is concesserit, *per l. quisunque. C. de op. publ.* Vult. *d. num. 7. vers. palatia.* [Alii per palatia intelligunt Pratoria, vt ita ius palatiorum sit ius habendi Tribunal publ. in quo ius reddatur. Knich. *de iure territor. c. 3. num. 276.* Dn. Fritsch. *de palat. Princip. c. 8. add. Christin. & Perez. ad l. vn. C. de Palat.*]

f) Imperator Fridericus non ipsum ius piscandi, quod omnibus commune est, tum in mari, tum in fluminibus, *l. 2. l. 3. ff. de acquir. rer. dom. l. 2. §. 6. ff. nequid in loc. publ. l. 13. ff. de iniur.* [Hi textus ad ius vetus & statum popularem respiciunt; Hodie alia est ratio. Et sic etiam ius piscandi ad regalia pertinet. *vid. supra not. th. præc. lit. d.*] Sed piscationum redditum, quem princeps indixit, sibi que excepit, regalibus annumerat, Hot. *ad d. c. qua sint reg. vide.* Vult. *d. cap. 5. vers. piscationum.* Sixtin. *de regalib. c. 20.* & Rosenth. *d. c. 5. quest. 24.*

g) *d. c. 1. qua sint regal. l. inter. 17. ff. de verb. signif.* Vult. *d. num. 7. vers. salinarum.* [Dn. Fritsch. *de Regali Salinarum iure* Dn. Hondorff. *de Salinis Hallens.*]

h) *d. c. 1. vbi omnes, qua sint regal. interpp. passim in t. ff. & C. ad l. Iul. Maiest.* Borch. *d. c. 1. qua sint regal. num. 88.* Vult. *d. num. 7. vers. bona comittentis crimen.* Committitur autem aduersus Imperatorem, vel populum Romanum, eiusue securitatem, *l. 1. §. 1. l. vlt. ad l. Iul. Maiest.* id est, tranquillitatem, vt recte interpretatur Duar. *lib. 2. anniuers. disp. c. 22.* Et quidem non nisi a subdito, Bart. *in extrauag. qui sint rebell. consil. 604. in princ.* Corn. *cons. 96. col. 1. vol. 4.* Alex. *consil. 13. vol. 6.* Rol. a Vall. *cons. 4. num. 2. & 3. vol. 1.* quos omnes vno ore dicere subditum esse oportere, vel ratione originis vel domicilii, refert Rosenth. *d. c. 5. conclus. 69. sub. lit. g.*

i) *d. c.*

i) *d. c. vn. & ibi omnes, quæ sint regal. & trad. Dd. in §. thesauros, institut. de acquir. rer. dom. ubi est text. & in l. unic. C. de thesaur. lib. 10. ac Dd. in l. 3. §. fin. ff. de iur. fisc. vide & l. nunquam, 31. §. 1. l. 15. l. si is qui in aliena, 63. ff. de acquir. rer. dom. Peregr. de iur. & priuil. fisc. tit. 2. lib. 4. ant. num. 1. & num. 4. ubi late de hac materia disceptat. Vult. d. c. 5. num. 7. vers. thesauri, & c.*

IX.

Ceterum in rebus mobilibus, & quæ mobilibus adnumerantur, feudum ne quidem sub cautione quasi ususfructus constitui potest *a*, nisi in consequentiam rerum immobilium, aut ex peculiari locorum consuetudine *b*.

a) Et hunc tractum per consuetudinem morem, testatur communis Dd. opinio, quos vide apud Rosent. *c. 4. concl. 7. sub lit. a.* [Dissentiunt rectius Wurmserus *de feud. Impropr. Class. 3. sect. 4. num. 8.* Finckelth. *Disp. 1. controu. 3.* Est vero tum illud feudum non proprium, sed improprium Struv. *c. 4. th. 2. num. 4.*]

b) Accessorium enim sequitur naturam sui principalis, *cap. accessorium, extr. de reg. iur. l. cum principalis, ff. eod. & passim.* Quemadmodum igitur actiones, si accedant ad rem immobilem, eodem iure habentur, ita contra est, si ad rem mobilem, *Isern. in §. sciendum, num. 3. Præpos. num. 5. Afflict. num. 10. de feud. cognit. Wesenbec. c. 7. feud. num. 6. Sonsbec. p. 8. num. 28. & seq. Schrad p. 3. c. 3. num. 10. & seq. Vult. c. 5. libr. 1. num. 9. & hanc actionum differentiam iudicando cameram Imperialem approbasse, testis est Gail. lib. 2. obseru. 11. & seqq.* Et ne quidem sub cautione immobilium rerum, infeudationem fieri posse, multis probant *Zaf. p. 4. num. 2. Ferrar. libr. 2. de feud. cap. 3. Sonsbec. p. 8. num. 27. Wesenbec. cap. 7. Borchol. c. 6. num. 32. & sequ. Vult. d. c. 5. num. 10. Rosenth. d. c. 4. conclus. 7. contrarium tamen senserunt, Afflict. in d. §. sciendum, num. 8. Blanc. 1. feud. 6. num. 8. Mozz. tit. de reb. quæ in feud. dar. poss. num. 17. vers. tertio fallit. & plures, quos allegat Rosenth. d. conclus. sub lit. b.* Si quis tamen in feudi legem dederit pecuniam, quin subsistere possit ut contractus innominatus, non puto dubitari oportere, *Claud. Seysell. in rubr. quæ res in feud. dar. poss.* [Imo subsistit ut feudum *Struv. d. l. Carpzov. p. 3. c. 30. d. 10.* Et alii plures ab his citati. Cautionem tamen hic præstare tenetur Vasallus *Finckelth. d. l. Io. Blanchus Ep. feud. l. 1. c. 6. Dissent. Struv. d. c. 4. th. 3. n. 4.*] Et hæc potius accipienda interpretatio est, quam ut actus pessum eat, *arg.*

l. 80. ff. de verb. oblig. l. 12. 21. de reb. dubiis, vbi Donell. Fidelitate autem nulla præstita, dominus condicere poterit, vt tamen, quod futurorum seruitiorum gratia expositum est, reddatur, *arg. l. 5. de cond. caus. dat.* Et quamvis neutri aliter poenitentiam, quam in isto contractuum genere iuris sit, permitti debere dicat, Rosenth. *d. concl. 7. num. 8. in fin.* nobis tamen restitutione pecuniæ libera seruitiorum onere sese quolibet tempore liberare posse, sit verosimilius, *arg. 2. feud. 38.* Distinctione Dd. quæ est inter concedentem ignorantem & scientem omnino explosa, Alciat. *1. Presunt. 31. l. 9.* vbi Gothofr. *C. de LL. l. 12. C. de iur. & fact. ignor. conf. Donel. 1. coram. 21.* Sed quid de pecunia statuendum, ex feudo euicto redacta, num illa in feudum dari poterit? Nequaquam: sed in emtionem æqui valoris prædii erit conuertenda, & ita intelligere textum, *inc. 1. ibi:* vel nummos in feudum dandos, *glossam*, Beluis. Bald. *num. 6.* Hern. *num. 1. & 4.* Aluar. *super text. Præpos. num. 2.* Laudens. Afflict. *num. 16.* Schenck. *num. 1. & 6. si vasa. de feud. ab aliq. interp. fuer. testatur Rosenth. d. c. 4. concl. 8.* quib. adde Ferrar. *Mont. c. 3. lib. 2. Zas. p. 4. num. 22.* Schneid. *p. 2. num. 21.* qui allegat Schurff. *conf. 11. num. 2. cent. 1.* Wesenb. *conf. 64. num. 3.* teste Rosenth. *d. loc. sub lit. a.* Idem & de pecunia, ex feudo vendito acquisita, dicemus, Rosenth. *d. loc. vbi sub lit. b.* tam consentientes, quam dissentientes in medium adfert. [Quod sc. non sit feudalis, Non tamen hæc in emtionem æqui valoris prædii conuertenda, sed, instar allodii reliqui, ad heredes allodiales transit. Berlich. *P. 3. concl. 41. n. 5.* Carpz. *P. 3. const. 30. d. 1.* Nisi inter agnatos ita conuentum, vbi vel impendenda in feudum pecunia, vel propterea satisfaciendum agnatis Carpzov. *d. l. defm. 6. & 7.*]



Halle, Diss., 1698 J.S. Stryk

ULB Halle 3
002 275 21X



f

sb.

WDA







3

1698 13'

2. s.
ANTONII, IC.
FEVDALIS III

De
QUAE IN
DENTVR.

nam
ex Iure Publico,
-Illustris Dn. de RHEZ
FRIDERICIANA,
SIDE

ESTRYKIO
re Publ. Ordinario,
. R. MDCXCIIX
ni publicæ submittit
OTTO MYLIVS,
Magd.

GDVBURGICAE,
OREÆ ZEITLERI, AC, TYP.